non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Juris praescriptione, Terrestri bello, Conventione neque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Ita ac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Maytkowski Maytkowskie quietat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Jalim Maytkowski Shibanowicz sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quoad Actum hanc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Nobilem Iacho Maytkowski Shibanowicz eiusque Posteros de summa Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium, per eundem Nobilem Iacho Maytkowski Shibanowicz Nobili olim Iwan Maytkowski Shibanowicz Fratri ipsius germano, sui vero Recognoscentis Avunculo modo obligatorio, in et super Bonis suis propriis et haereditariis, nempe Subdito Laborioso Kondrat Ledowicz in quarta agri residente cum eius residentia, quod ipsum concernebat, in Bonis villae Hnih, Terra vero et Districtu Praesenti Praemysliensi consistens de Anno ad Annum inscripta, et ad solvendum Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima in Anno Millesimo Sex- 1412

2006

centesimo Quadragesimo Octavo coram Actis Iudicii Ter-
restris Premysliens. ad solvendum assecurata; nec non
de eadem ipsa Inscriptione Terrestri Premysliensi obli-
gatoria ob plenariam et sufficientem sibi pro praemissis
praestitam satisfactionem, suprascriptisque Summae Cen-
tum Quinquaginta Florenorum Polonicalium per manus
suprascripti Recognoscentis, realem et effectivam persol-
utionem quietat, emittit dimittit, liberumque et absolutum
perpetuo pronuntiat, Inscriptionem eandem obligatoriam
in toto et per omnia cassat mortificat, et annihilat, sibi
suisque Posteris ratione praemissorum perpetuum imponen-
do silentium. Hac sua praesenti personali Recognitio-
ne ad praemissa omnia mediante

Idem Maytkowski Ilnickiey Donat.

Comparens personaliter coram Officio et
Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premy-
103 sliensibus Nobilis Jakim Maytkowski, olim Nobilis Eliae May-
thowski Szybanowicz Filius, sanus mente et corpore existens,
a Terris Districtibus, quibus, Iurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni
quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per ex-
pressum recognovit Quia ipse Bona sua propria et he-
reditaria infrascripta, nempe Czwarty Częsc Dworzy-
sca Mieczniczyszko nazwaną z placem in Bonis Villae
Ilnik, Terra vero et Districtu praesenti Premysliensi iacen.
et consisten. cum omni praemissorum Iure, Dominio, propri-
etate haereditate tituloque haereditario, cumque omnibus
et singulis Bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, pro-